Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.

Wien, 1800

Quelle:
Copyright:

Mala punica. *Wolchürrige Öpphel.*

Crater. *Choph.*

III. *fol.* 75. p. 2. Succedunt varia Homiletica. 1) Sermones in Commune de Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus et Virginibus. 2) De Eccleſia militante ſub ſchemate Civitatis Apocalypticae c. 21. 3) Praecerpta e XII. Prophetis et variis Patribus. 4) Sermones de Sanctis per anni circulum, quorum Autorem ad Ordinem Minorum pertinere, probabile fit ex Hiſtoriola, quae refertur de F. *Alexandro* quodam in Sermone de Exaltat. S. Crucis f. 172.

IV. *fol.* 205. p. 2. *Incipit Liber Scacorum.* Ita quidem: *Ego*

Multi ſunt presbiteri,
Qui non ſciunt, quare
Supra domum domini
Gallus ſolet ſtare,
Et hoc uolo breuiter
Vobis indicare.

ſed multum depravati ſunt. Dein duplex brevicula *Dominicae Orationis* Expoſitio.

DXLIX.

U. 299 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 101. f. per duas columnas exaratus eſt *Tabula* ſive Index in D. *Thomae Aquin. Opera* non omnia, ſed ea, quae in Prooemio, quod ſimul utendi methodum docet, enumerantur; ſunt vero: *Summa, Opus ſuper librum ſententiarum, Summa contra gentiles, Queſtiones de potentia dei, de veritate, Quolibeta tredecim, Queſtiones de uirtutibus in communi, de malo, de ſpiritualibus creaturis* et *de anima.* Nota Quodlibeta *tredecim* pro XII. Noſter enim illis accenſet Quaeſtionem *de Unione Verbi*, quae potius ad alias hic enumeratas Quaeſtiones pertinet, et in edit. *Rom.* 1570. f. cum iis T. VIII. conſtituit. Tabula ceterum alphabetica eſt, ab *Abraham* pertingens usque ad *Zizaniam.*

Violata. *Genaczoget.*

Flumina. *Vlutunge.*

frater Jacobus de Ceſſolis ordinis fratrum Predicatorum uictus fratrum plurimorum et multorum ſcolarium nobilium dignitate &c. Ne actum agam, vide, quae de hoc Opere *Vol.* I. P. 2. *col.* 2339. dicta ſunt. Hic adhaeret *Sermo bonus de Nouo ſacerdote.*

V. *fol.* 228. *Sequitur ſtella clericorum.* Initio: *Quaſi ſtella matutina in medio nebule* &c. Saepius a me relata et frequenter typis excuſa.

Terminant Codicem *fol.* 235. Rhythmi de Gallo in turribus Templorum, qui ineunt in hunc modum:

Gallus eſt mirabilis
Dei creatura,
Et recti presbiteri
Illius figura.
Gallus nunquam negligit
Tempus ueſpertinum &c.